

Impulsione et Excellentissime viri...
Humanitas tua quae me ignotum licet, iterum iterumq; compleri dignatur es-
fermitatem meam in tantam superavit, ut quod offeram grati, ammi testi-
monium proter obsequium nihil me reliquum sperficiam: revera enim
palmam inter literatos tributam tibi vel ex tanto erga studia favore
te obtinere et ipse ego iudico. Hac tua frely humanitate, nec vel mea
porro tibi commenda studia, vel hac qua ad te nullo tenuissima licet
ex asanda opere pretium daxi. Nihil autem in libello proter methodum
et regulas mea agnosco, reliquum fratris adolescentuli tironis in hoc studio
est opus. Obstasem positum quicq; hoc tempore exhiberi potuisse: poro
occupationes et temporis parsimonia proter methodum et paucas regulas me
notare laud patientur. Sed tamen cui haec offero et audacis apud in-
telligentem ago, peritq; enim venator vel ex vestigio feram eiq; rationem
agnoscat. Imprimis autem peculiarem hanc meam esse methodum am-
plius hiebit, cuius vis vulgo laud credibilis, haec enim aliquoties pra-
stabit quae vel ipse ego proterari posse olim negassem. Cum enim nihil
aeque auditorum atq; admiratio et usur movere animos animadvertisq; ad-
mirabilis autem quanto quod per se nihil sit excellentis: Demonstrationes
meas (quasi frater ob sumam facilitatem, quodq; procedens subsequenter fact temp
sit atq; lumen adiciendas laud necesse iudicavit) e tercio plerumq; et a notio-
ribus communibus desumpsi, unde et difficillima quoc; nullo negotio auditorum
mentibus intelligere et ut rem per se intelligant quam propositam sentiant
efficere licuit. Hyperbolica haec forte viderent nisi nota in margine
libelli multitudinem propositionum intra bona spacium propositarum rem
exponerent et ut magis quid dicam (testibusq; si opo erit confirmabo)
quidam ex iis quibus haec proposita fuerat antea omnino ruder, statim
horum absolutum collegimus ad docendum alios accessere. Cum enim ora
generalissime et certissime pertradem, hinc infunda deducendi corollaria
et confutatoria cuius facultas in promptu est. Et ut universalitatem

Hanc fuerat laboris simul et temporis parcam, nihil unquam calculi (Labia tamen
naturalis numerandi facultate qua carere ratiocinatio sepe non potest) Geome-
trica tractationi admisco, calculus enim vulgaris exemplaris tantum est et
improbus, molestus et regis Geometrica indignus, quamvis tamen sine hoc in
vita communi Geometria usus sit perexiguus, ideo hinc ad calculum Geometricum
jungo. Multi abstractam ratiocinationem ut est Vietae methodum
militum ut Geometria ita Mathematicos cupiunt, cum abstracta concretis sint
priora et universaliora quod verum quidem est, sed cum nihil sit in intellectu quod non
faciat primo in sensu, hinc aliquis sensuum potius quam intellectus prompti-
tudine inducitur sit. facilius per Schemata eam pro ut sunt usus accom-
modata rem capit, et menti infigit, minus errat cum habeat cyrasuram ad
quam collimet. Postquam autem aliquantulum mens exulta est et schemata
rationesque sibi efformare didicit, facilius et majori cum iudicio abstracta perci-
pere et penetrare apta est, resque conceptas ~~mente~~ usus accommodare
aliorumque sensibus obicere promptior exiit. (Liberis huc apud te
viri excellentissime ideo dispero ut tua sententia hoc mea certis dirigat)
Et quamvis utraque methodo infideliter viri quidam eminentissimi eva-
serint, existimo tamen si hoc mea theoretico-practica procedat et
ad abstracta illa Vietae subsequatur, longe facilius et feliciter ad Mathe-
maticum fabricium patere progressum. (cum umbra hinc mea
Geometria quam solum agnoscere tua excellentia gessit, adhaeret
quoque Architectonicis tum Civilis quam militaris dispositionis, pulcherrime
indivisor comites simul abire, omnia autem eisdem generis sunt
id est praeter methodum et regulas sunt fractis conceptus, nihil enim
unquam proterea ad calami dictare soleo, sed mentibus inscribere
ita allaboro, ut attentis inde ea depromere et in chartam transferre pro
suo conceptu in chartam coarctare haud sit difficile, qua ratione
subinde factum est, ut tanta copia observatarum rerum et explicationum

a quibusdam congesta fuerit (praesertim si diversi sua conferant) qualis
effi dictando ^{totum} tempore praedictionum tribum fuisse vix consequi potuisset.
Quod denum de regulis meis Fortificationis, summo labore cum le-
ctione varia cum observatione et collatione in ventis et confirmatis
apud te super dixi, hoc tibi paululum oci temporisq. machis fuero
praestabo, paucisq. comolata exhibebo: utinam illa (ex quibus
tamen unquam aliam utilitatem quam earundem perfectionem huius
speravi, et utrum porro ex re in qua tempus et sumptus perdidit emolu-
mentum aliquod sit expectandum valde ambigo) tua auctoritate et
opera e tenebris et contemptu sese vindicarent suorum gauderent pri-
vilegio. Et si meam apud te temeritatem, valere aliquantulum
permittis fac possim tibi quacumque re servare quod si feceris
comperire.

Excella

Observantissimum et.

Obsequentissimum

Christianum Hieronimum Ragnetanum

Dabantur Leida.
D. Febr. Ao 1636



Handwritten text, possibly a date or reference number, located at the top left of the page.

Leu myn heer
den heer van Zuylichem
Secretaris van Syn Altesse
wonende inde
Goutstraat mij
Braven Jaay.